

**NOS QUILIELMUS FRANCISCUS SACRI
ROMANI IMPERII COMES DE NESSELROD, DEI ET
APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS QUINTUS - ECCLESIENSIS ,
Liberæ & Exemptæ Præposituræ Regiæ Albensis Præpositus, Comitatum de Baranija, Tolna & Valvo Supremus**

Liberæ & Exemptæ Præpositura Regiæ Albensis Præpositus, Comitatum de Baranija, Tolna & Valpo Supremus
& perpetuus Comes, Cathedralium Ecclesiarum Monasteriensis & Leodiensis respectivè Thesaurarius & Canonicus &c. Dominus
Hæreditarius in Thum-Welterod & Wegberg, &c. Sac. Cæl. & Hispaniarum Regiæ Majest. Actualis Consiliarius Intimus, &c. &c.

BUniversis Christifidelibus in Diœcesi Nostra Constitutis, Salutem in Domino sempiternam. Ad Supremam B. Petri Sedem Divinâ Providentiâ evectus SS. D. N. BENEDICTUS XIII. pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Reginime Divinum præp̄mis sibi obtinere cupiens auxilium, commissi sibi Gregis fundendas ad Deum preces supplicationesque ardenter desiderat. Patrem ergo Misericordiarum precibus, jejunis, & eleemosynis supplices imploremus, quatenus, quem in Nominis suo ad suæ Ecclesiæ gubernaculum venire destinavit BENEDICTUM, Eidem quoque in preferendis Curis & laboribus Pontificiis promisâ suâ afflitrice gratiâ benedicere, Eumque in omnibus eo dirigere dignetur, ut pro majori Nominis Suigloria, Ecclesiæ Bono, & spirituali omnium fidelium utilitate, noxia cuncta submoveat, quæ verò bona sunt, nutrit, Paternæque sollicitudinis studio, quæ sunt nutrita, custodiat; Quod, ut Benignissimus DEUS multiplicatis Intercessoribus elargiatur, uberrimum gratiarum Cœlestium (cujus dispensator existit) Thesaurum seu Jubilæum Universale omnibus Christifidelibus concessit, cuius tenor sequens est:

SANCTISSIMI D. N. D. BENEDICTI DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII.

JUBILÆUM UNIVERSALE

Ad implorandum Divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicae regimine.



BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christifidelibus praesentes Literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.



F. Card. Oliverius

F. Card. Oliverius.
Ago & Nativitate D. N. IESU Christi millefimo septingentesimo vicechimo quarto, Indictione secundâ die vero xij. Iunij. Pontificis SS. D. N. D. BENEDICTI Divina Providentia Papæ XIII. Annoprimo, supradictæ Literæ Apostolice affixa, & publicate fuerint ad vi-
vas Basilicarum Lateranenrum, Vaticane, & Librariæ, Cancellerie Apostolice, Montis Cittatorii, Aies Campi Flora, ac aliis locis sa-
litu, & confutio Urbi per me Andream Gracum SS. D. N. Papæ Curs.

Petrus Romolatius Mag. Curs.

ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Camerae Apostolice, M. D. CC. XXIV.
Pro debita itaque allegatarum Literarum Apostolicarum executione, & ut omnes Diœcœfios Nostræ Christifideles tanti se Thesauri participes reddere possint, sequentes dies, incipiendo scilicet à 27. Mensis Augusti, usque ad 10. proxime venturi Mensis Septembris inclusivè, tanquam spatium duarum hebdomadarum hiscè assignamus, & deputamus, quod tempore quilibet, qui spatio duarum septimanarum durante Cathedram Nostram Ecclesiam S. PETRI, vel Ecclesiam Patrum Franciscanorum, vel Patrum Capucinorum (per Diœcœsum verò nostram & Suburbia, cuiuscunq; loci Parochiale Ecclesiam ibidem) femeſt saltēm in alteruta septimanā devotè visitatib; ibique, ut suprà in Literis Apostolicis prescribitur, oraverit, & Feria quartâ & sextâ ac Sabathō alterius ex dubiis istis septimanis jejunaverit, & eleemosynam pro sua devotione dederit, necnon peracta Confessione, die Dominicâ immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam S. Eucharistia Sacramentum devote lumpferit, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgenciam & Remissionem, sicut in Anno Jubilari visitantibus certas Ecclesiæ intrâ, & extra Urbem concedi solet, misericorditer in Domino consequi poterit. Ceterum cum Tempus hoc gratia & acceptabilitate pro majori ædificatione & devotione, publicâ & solenni Processione ex Templo diœcœtorum Patrum Capucinorum die 27. ejusdem Mensis Augusti deft: 12. post Pente: Horâ Octavâ Matutinâ ad Ecclesiam Cathedram comitante toto Clero, & universo Populo, ibidem cum Concione deducenda, inchoare nobis viſum est; Id omnes Concionatores hoc ipſum Populo è Cathedris promulgabunt, cùm quod ad conditiones pro luctuoso hoc Jubilao in Bulla Apostolica contentas crudient, & in Domino adhortabuntur. In quorum fidem præsentes Sigilli Nostræ impreſſione communici fecimus, & propriâ Manâ subſcripſimus. Quinque-Ecclesiæ ex Refendentia Noſtri Episcopali.

Reimpresum VIENNE AUSTRIÆ, apud Mariam Teresiam Voigts Viudam, Cœlum, ac Reverendissimi Principis, & Archi-Episcopis Viennensis Aula Typogr. 1724.

Eras comes de nessclrod